[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 165

Quelle:
Copyright:

magistrum et doctores tres sunt partes. Explic.: *Et aliis benefactoribus vivis et defunctis preces fundere neglexerit.*

7. f. 264—295. Nicolai de Dinkelspihl Tractatus de octo beatitudinibus. Incip.: *In evangelio, quod legitur in festo omnium sanctorum.* Explic.: *Nobis largiatur omnipotens Deus.*

8. f. 295—297. Nicolai de Dinkelspihl Sermo de reconciliatione fratris. Incip.: *Sicut quilibet homo compos rationis inimico suo.* Explic.: *Filius Dei et coheredes naturales ejus filii domini nostri Jesu Christi, qui est in secula benedictus. Amen.*

9. f. 297—318 et 267—373. Nicolai de Dinkelspihl Sermones de passione domini. Incip.: *Quamvis devotionis Christiane principalis causa sit omnipotens Deus.* Explic.: *Et sibi colligare, dignetur. Idem Christe Deus et salvator noster, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat unus Deus . . . in secula seculorum. Amen.*

10. f. 373—375. Nicolai de Dinkelspihl Sermo de adventu domini. Incip.: *Erunt signa in sole et luna et stellis . . . Notandum, quod mala.* Explic.: *Quod concedat et sancta trinitas etc. Seyfridus Geysenhauser.*

Kropf l. c. p. 173, 178 sqq.

-532-

96. [B. 64.]

Codex membr. saec. XIII. (c. 1250) ~~fol.~~ Pag. 1—89 recenti manu signat. In interiori parte tegumenti manu saec. XVIII scriptum est: »Author horum omnium est Honorius Augustodunensis dictus Solitarius.« In Folio.

1. f. 1—12[b]. Honorii Augustodunensis Elucidarius. Desunt in intio multa folia. Incip.: *Angeli crucem ferentes preibunt.* Explic.: *Videas bona Jerusalem omnibus diebus vite sue. Tractatus iste habetur inter opera dubia s. Anselmi.*

De Honorio dicto Solitario, Augustodunensi presbytero et scholastico saec. XII., vid. *Denis* l. c. vol. I, p. I, 209.

2. f. 12[b]. Excerptum ex s. Hieronymo de quindecim signis quindecim dierum ante diem judicii. Incip.: *Quindecim signa quindecim dierum ante diem judicii invenit s. Hieronymus in annalibus Hebreorum.* Explic.: *Neque angeli nisi solus Deus.*

3. f. 13—25[a]. (Rubr.) Honorii Augustodunensis Opusculum de operibus, quae fecit Deus in primis septem diebus. Incip.: *In primis queritur, cur Moyses de lapsu hominis scripserit.* Explic.: *In istis autem temporalibus omnia temporalia et corporalia realiter perspicit et formas fecit.*

Fol. 25[b] scriptura vacat.